Schott p. 122 (aus Schrader, Mon. Italiae [illegible])

Roma terrarum domina, urbium regina, flos atque ocellus Italiae: et ut Polemon sophista apud Athenaeum, ~~et~~ aut Galenus appellat, orbis compendium, pro dignitate laudari non potest, ut Aristides sophista edita oratione tentavit. Quare, quod de Carthagine C. Crispus ait, silere de ea praestat quam pauca dicere. Arx enim est omnium gentium, theatrum ingeniorum, domicilium virtutis, imperii, dignitatis, ac fortunae: patria legum, omniumque hominum, et quod olim Athenae Atticae, disciplinarum fons, sacerdotii ac iustitiae: Religionis denique caput ac norma est, fremant licet omnes haeretici, qui Urbem aeternam extinctam funditus, ut Veritatis sedem cuperent.

Italiae elogium Plinius Hist. nat. III 5.

Italia omnium terrarum alumna eadem et parens: numine Deum electa, quae caelum ipsum clarius faceret . . breviterque una cunctarum gentium in toto orbe patria fieret.